

:Signum domini Friderici Romanorum imperatoris augusti.: (M.)

:Ego Godefridus cancellarius vice Cristiani Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. (SJ.)

Anno incarnationis dominicę M̄CLXXIIII, indictione VII, Friderico imperante, Henrico regnante; data

5

Aquisgrani in pascha domini coronato imperatore ibidem, anno imperii eius vigesimo, regni vero XXII.

## 404.

*Graf Dedo von Groitzsch stiftet das Augustinerkloster zu Zschillen und dotirt dasselbe.*

1174 [März 10 bis Sept.]. 10

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 75. Dazu ein Transsumpt (ebendas. No. 84) von 1279, welches Aenderungen in der Orthographie hat. S. = Taf. I. 6.*

*Gedr.: Prill, Die Schloßkirche zu Wechselburg 20.*

*Anm.: Wegen annus regni 23 nach März 9 und wegen Ind. 8 vor September gesetzt.*

C. :In nomine sancte et individue trinitatis. Dedo divina favente clementia 15 comes. Omnibus Christi fidelibus et presentibus et futuris in perpetuum.: | Apostolica doctrina informamur, ut, dum tempus habemus bonum, ad omnes maxime autem ad domesticos fidei operemur, ut, dum anni nostri sicut herba | transeunt et dies sicut fumus defitiunt, peccata nostra elemosinis et misericordiis pauperum redimamus et de mammona iniquitatis amicos nobis, qui nos in eterna taberna|cula recipiant, faciamus. Huius rei 20 gratia in pago nostro Rocheliz, qui regali donatione et privilegii confirmatione paterna ad nos hereditate transivit, oratorium omnipotenti deo in honore sancte dei genitricis et semper virginis :Marie: consilio et auxilio domini Ekkehardi in Sereno Monte beati :Petri: apostolorum principis venerabilis prepositi construximus et a reverendo sancte Misinensis ecclesię pontifice domino :Gerungo: consecrari fecimus et procedente tempore 25 ex iam dicta ecclesia beati :Petri: virum religiosum et industrium nomine :Theodericum: prepositum loco, qui Zsilen dicitur, institui optinuimus et fratres ex eodem ordine secundum regulam sancti :Augustini: die noctuque omnipotenti deo servituros congregari et adunari desideramus liberam eis decedente vel obeunte preposito alium substituendi ex eodem dumtaxat ordine electionem permittentes. Hec autem sunt bona, que in ecclesiis, 30 in villis, in silvis Zsilensi ecclesie tradidimus et coram fratre nostro :Ottone: marchione Misinensi in frequentia multorum nobilium et ministerialium factum nostrum confirmavimus presentibus filiis nostris Tiderico, Philippo, Cunrado, Henrico, Gozuuino et id fieri approbantibus: parrochia in Rochelez cum dote XII mansorum quilibet eorum solvit XXX nummos et decime XX modios siliginis et avene et decimam iumentorum, Zsilen 35 VIII mansi, Seliz IIII mansi, Drosecowe V mansi, qui solvunt talentum. Novalia cum silva, que his limitibus clauditur. Quicquid Cluseniz rivulus a fonte suo et item Widera a suo fonte usque in Kamenizam fluvium terre vel silve includunt et item quicquid ad dexteram Clusinize Wrosiniza limitat itemque ad levam Widere Boemica semita claudit usque in Kamenizam, ex altera parte Kamenize XXII beneficia, que lingua rustica lena appellant. 40